



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XI. Martii. S. Evlogivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SEVLOGIVS natione Cordubensis, Monachus & Abbas Monasterij S. Zoili Corduba, & paulò ante mortem Toletanus Archiepiscopus electus, inire tamen non potuit, quæ omnia vnica Marianæ periodo manifesta fiunt, sic enim inquit: *Anno decimo Eulogius ipse occisus in Sabbatho, quinto Idus Martij. Eulogij vitam Aluarus Cordubensis eius familiaris, & necessarius scripsit, ubi asserit paulò ante mortem in Vestremiri locum Toletanum Archiepiscopum summâ Cleri, & Populi voluntate electum fuisse. Corduba sanè in Eulogij locum Samson Presbyter consequentibus annis Sancti Zoili Abbas successus est. Martyrio coronatus est anno DCCCLIX. Hic ille præclarus Christi Athleta, qui, cedentibus cæteris, vexillum confessionis aduersus Arabum impietates erexit, ac plurimos ad martyrij coronam perduxit; quorum triumphos ipse in carcere positus scripsit. Extant hac nostrâ ætate è latebris antiquitatis eruta, præclarissima scriptorum ipsius monumenta, quæ Apostolicum spiritum redolent, & purissimam pristinam illam sinceritatem præ se ferunt; imò viuam ipsius imaginem reddunt. Martyrologium Romanum hoc illi Eulogium posuit.*

Corduba S. Eulogij Presbyteri, qui eiusdem urbis martyribus in persecutione Sarraçenorum adiungi meruit, quorum pro fide certamina scribendo fuerat amulatus.

Ex Card. Baronij, & Arnoldi VVionis notis ad Martyrol. Rom. & Monast.



S. EVLOGIVS MARTYR, DESIGNATVS
 ARCHIEP. TOLET. ORD. S. BEN.
Ne sacra mortali fulgerint tempora mitra
EVLOGII: effulsu Martyrio atq; libris.

DM

*finding
 of the
 of Bened
 III
 12*